

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis


Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

LII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

absolute faciam. Tu vero hominum faciens verfa vice promisisti, quod quotiescumque mihi necessitas incubuerit me in eadem civitate decenter recipias. Hæc donatio apud Rivarolum coram Domino Friderico Romanorum Rege & coram Principibus suis eodem assensum præbente & confirmante facta est &c. Actum est hoc anno Dominicæ Incarnationis MCLV. Ind. III. Regnante Dom. Friderico Romanorum Rege gloriofo, Anno Imperii ejus III.



LII.

FORMULA JURISJURANDI QUOD BERTOLDUS IV.
DUX ZARINGIAE PRÆSTITIT UT ADVOCATUS LAU-
SANENSIS, ECCLESIAE.

A N N O M C L V I I .

Ex Chartulario Lausanensi fol. 98.

Hæc sunt Capitula, que *Dux Bertulfus* juravit Episcopo Amadeo & successoribus ejus.

Quod liberam permitteret fieri Electionem in Lausanensi Ecclesia. Quod nihil eorum, quæ à manu Episcopi tenebantur sibi acquireret. Quod ea quæ Ecclesia Lausanensis perdiderat & quæ à longo tempore erant alienata bona fide pro viribus juvaret recuperare. Quod ad villas Ecclesiæ non irent sui pro pabulo & cæteris necessariis, nec ibi hospitetur, quod nec in Palatio Episcopi nec in Domibus Clericorum vel militum hospitaretur, nec inde per violentiam quicquam auferret.

Cod. Dipl.

O